Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



mu et tradam tibi istl: et affli
gam semen dauid propter hoc pe
tcatum eo rectis diebus. Volu
it ergo salomon interficere ihe
roboam. Cum surrexit et effu
git in egyptum ad sesac regem egip
ti: et fuit in egypto usque ad mor
tem salomonis. Reliqui autem
verborum salomonis et omnia que
fecit et sapiencia eius ecce omnia
scripta sunt in libro verborum
dierum salomonis. Dies autem quos
regnauit salomon in iherusalem super
omnem israhel quadraginta annis
sunt. Dormiuitque salomon cum
patribus suis: et sepultus est in
ciuitate dauid patris sui: regna
uitque roboam filius eius pro eo

Venit autem roboam xij
in sichem. Illuc enim regis
gatus erat omnis populus
israhel ad constituendum eum regem
At vero ihieroboam filius nabat
hi cum adhuc esset in egypto pro
fugus a facie salomonis regis
audita morte eius exiuit e
de egypto. Misitque et vocaue
runt eum. Venit ergo ihieroboa
m et omnis multitudo israhel
et locuti sunt ad roboam dicen
pater tuus durissimum iugum
imposuit nobis: tu itaque nunc
minuere paululum de imperio pa
tris tui durissimo et de iugo gra
uissimo quod imposuit nobis: et
seruiemus tibi. Cum autem ei
usque ad tertium diem. et reuerti
mini ad me. Cumque abisset popu
lus iussit consilium rex roboam
cum senioribus qui assistebant co
ram salomone patre eius cum
adhuc viueret et ait. Quid datis
consilium ut respondeam populo cui
dixerunt ei. Si hodie obedieris
populo huic. et seruieris et pe
cuniam cum ceperis. Locutique
sunt ad eos verba lenia: et
erit tibi seruus cunctis diebus.
Cum dereliquit consilium senum
quod dederant ei: et adhibuit ad
olescentes qui nutriti fuerat
cum eo. et assistebant illi: dixitque
ad eos. Quid mihi datis consi
lium ut respondeam populo huic.
qui dixerunt mihi leuius fac
iugum quod imposuit pater tuus super
nos. Et dixerunt ei iuuenes qui
nutriti fuerat cum eo. Sic lo
quere populo huic: quia locuti sunt
ad te dicentes. pater tuus aggra
uauit iugum nostrum tu leua nos
sic loquieris ad eos. Minimus
digitus meus grossior est dor
so patris mei. Et nunc pater meus
posuit super vos iugum graue: ego
autem addam super iugum vestrum. Pa
ter meus cecidit vos flagellis. ego
autem cedam vos scorpionibus. Ve
nit ergo ihieroboam. et omnis
populus ad roboam die tertia
sicut locutus fuerat rex dicens
Reuertimini ad me die tertia. Rudi
tque rex populo dura. derelicto
consilio senum quod ei dederant
et locutus est eis secundum consi
lium iuuenum dicens. Pater meus
aggrauauit iugum vestrum: ego
autem addam iugo vestro. Pater
meus cecidit vos flagellis. ego
autem cedam vos scorpionibus
Et non acquiescit rex populo quo
ad factus fuerat eum dominus ut sus
citaret verbum suum quod locutus
fuerat in manu ahie silonite ad
ihieroboam filium nabath. Vi
dens itaque populus quod noluisset
eos audire rex: Iudit ei dicens
Quae nobis pars in dauid. vel quae here